Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Lucā.

87

Reges gentiū dominant eorū: et qui potestatē habent sup
eos benefici uocantur. Vos autē non sic: sed qui maior est in uob
fiat sicut iunior: et qui precessor est sicut ministrator: Nam
quis maior est qui recūbit an qui ministrat. Nonne qui recū
bit. Ego autē in medio uestrū sum: sicut qui ministrat. Vos
autē estis qui permansistis mecū in tēptationib meis: et ego
dispono uob sicut disposuit mihi pat meus regnū: ut edatis et bibatis super mēsam meam in regno meo: et sedeatis
super thronos iudicantes duodecim tribus israel. Ait autē
dns symoni. Symon symon: ecce satanas expetiuit
uos ut cribraret sicut triticū: ego autē rogauī pro te ut
non deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus confirma
fratres tuos. Qui dixit ei. Domine: tecū paratus sum et in carcerē
et in mortē ire. Et ille dixit. Dico tibi petre: non cantabit
hodie gallus donec ter abneges nosse me. Et dixit
eis. Quando misi uos sine sacculo et pera et calciamentis:
numquid aliquid defuit uob. At illi dixerūt. Nichil. Dixit
ergo eis. Sed nunc qui habet sacculū tollat similiter et peram: et
qui non habet uendat tunicam suam et emat gladium. Dico
enim uob: quia adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri
in me: et cum iniquis reputatus est. Etenim ea quē sunt de me: fi
nem habent. At illi dixerūt. Domine: ecce gladii duo hic.
At ille dixit eis. Satis est. Et egressus ibat secundū consuetu
dinem in montē oliuarū. Secuti sunt autē illum et discipuli eius.
Et cum peuenisset ad locum: dixit illis. Orate: ne intretis
in tēptationem. Et ipse auulsus est abeis: quantum iactus est
lapidis: et positis genibus orabat dicens. Pater si uis transfer
calicem istum a me. Verumtamen non mea uoluntas: sed tua fiat.
Apparuit autē illi angelus de celo confortans eum. Et factus est
in agonia plurimum orabat: et factus est sudor eius sicut gut
te sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab
oratione: et uenisset ad discipulos suos: inuenit eos dor
mientes pp tristicia. Et ait illis. Quid dormitis. Surgite
orate: ne intretis in tēptationem. Adhuc eo loquente. XX.